

CCCLXII.

Professio fidei catholice et abiuratio schismatici potentium virorum dominorum Stracimiri, Georgii et Balsa fratrum Zupanorum et dominorum provincie Zente in regno Rusciae, qui dicunt esse de genere regio. Ex originali.

Sanctissimo in Christo Patri et domino, domino URBANO Sacrosancte ac Universalis ecclesie Summo Pontifici, STRACIMIRUS ET GEORGIUS AC BALSA fratres Zupani Zente, se ipsos ad pedum oscula beatorum. A sanctitate vestra per Venerabilem Petrum Ep̄um Suacinensem reverencia, qua debuimus, recepimus litteras, vera vestra bulla bullatas foras, professionis fidei orthodoxe, tenoris et continencie infrascripto.

Urbanus Episcopus servus servorum dei. Nobilibus viris Stracimiro et Georgio ac Balse fratribus Zupanis Zente, gratiam in presenti, per quam obtineant gloriam in futurum. Spiritus noster exultavit in domino, qui, sicut ex relatione Venerabilis fratris nostri Petri Episcopi Suacinensis, latoris presentium, per vos super hoc ad nostram presentiam destinati percepimus, misericorditer dignatus est vobis tribuere intellectum, ut relictis scismatibus et errorum tenebris et umbra mortis eterne, in quibus hucusque mansistis, incipiatis animabus vestris et subditorum vestrorum prudenter consulere et lumen agnoscere veritatis, intendentes ad obedienciam et devotionem sacrosancte Romane ecclesie, matris et magistre cunctorum fidelium, reverenter et cordibus sinceris accedere, in eisque perpetuo remanere, ac a nobis, qui licet immeriti sumus Christi Vicarius, instrui qualiter debeatis in via mandatorum dñi ambulare. De hiis igitur laudandis principiis deo, qui vos sua gracia prevenit, et si pura intentio in vestris mentibus vigeat, sequatur indubie, devotas gracias agimus, et vos plurimum commendamus, intendentes vos, si mandatis dicte ecclesie devote parebitis, in filios spirituales recipere et tenere, ac prosequi favoribus oportunis. Ut autem mereamini ad gratiam reconciliationis admitti, ac optinere apostolice sedis benivolenciam et favores, a molestiis ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum, aliorumque catholicorum obedientium dicte Romane ecclesie, presertim civitatis Catharonsis, quam iamdiu a vobis seu te, Georgi, hostiliter molestari percepimus, curetis penitus abstinere, ut in hiis et aliis vestram intentionem fore purissimam ostendatis: super quibus et aliis per vos agendis in dicte vestre relaxationis negocio prefatum Episcopum duximus informandum, cui super hiis, que vobis ex parte nostra retulerit, velitis fidem indubiam adhibere. Datum apud Montemflasconem Balneoregensis diocesis octavo Kalendas Iunii, Pontificatus nostri Anno Sexto.

Sequitur forma professionis. Credimus sanctam Trinitatem, patrem, et filium, et spiritum sanctum unum deum omnipotentem etc. ut supra pag. 128. usque semper salva.

Ego STRACIMIRUS ZUPANUS ZENTE suprascriptam fidei veritatem, prout plene lecta est et fideliter exposita, veram, sanctam et orthodoxam fidem esse cognosco, eam accepto et corde ac ore profiteor, ipsamque, prout eam veraciter tenet et fideliter docet et predicat sacrosancta Romana ecclesia, me inviolabiliter servaturum et in ea omni tempore perseveraturum, nec ab ea ullo unquam tempore recessurum quoquomodo, deviaturum vel discrepaturum promitto. Primatum quoque ipsius sacrosancto Romane ecclesie, prout in premissa serie continetur, ad ipsius ecclesie obedienciam spontaneus veniens fateor et recognosco, accepto ac sponte suscipio, et me omnia premissa tam circa fidei veritatem, quam circa eiusdem ecclesie Romane primatum et ipsorum recognitionem, acceptationem, susceptionem, observanciam ac perseveranciam servaturum prestito corporaliter iuramento promitto et confirmo. Sic me deus adiuvet, et hec sancta dei evangelia. Quod si contra hec aliquid sentire, confiteri, aut alias agere presumpsero, me scismaticum et anatematizatum eo ipso recognosco, ac severitati sacrorum Canonum subiacere. Huic autem scripto de mea recognitione, acceptatione, professione, susceptione, promissione ac iuramenti prestatione sponte mea facto, lecto et plecto sponte subscripsi, et sigillum commune nostrorum trium fratrum, cum proprium non habeam, apponi feci.

Ego STRACIMIRUS ZUPANUS ZENTE omne scisma prorsus abiuro, et suprascriptam fidei veritatem, prout plene lecta est et fideliter exposita, veram, sanctam, catholicam et orthodoxam fidem esse cognosco, eam accepto et corde et ore profiteor, ipsamque, prout eam veraciter tenet, fideliter docet et predicat sacrosancta Romana ecclesia, me inviolabiliter servaturum, nec ab ea ullo unquam tempore recessurum vel quoquo modo deviaturum vel discrepaturum promitto. Primatum quoque ipsius sacrosancte Romane ecclesie, prout in premissa serie continetur, ad ipsius ecclesie obedienciam spontaneus veniens fateor, recognosco, accepto ac sponte suscipio, et omnia premissa tam circa fidei veritatem, quam circa eiusdem ecclesie primatum et ipsorum recognitionem, acceptationem, susceptionem, observanciam ac perseveranciam servaturum prestito in animam meam corporaliter iuramento promitto et confirmo. Sic me deus adiuvet, et hec sancta dei evangelia.

Similem professionem, iuramentum et abiurationem facimus nos GEORGIUS et BALSA fratres predicti Stracimiri in presencia Venerabilium Episcoporum Petri Suaciniensis et Iohannis Drivastensis, ac Religiosi fratris Petri ordinis Predicatorum, et Nobilis viri Peruosii civis Dulciniensis, a predictis Stracimiro et fratribus eius vocatorum ad testimonium premissarum professionis, iuramenti et abiurationis per sepe dictos fratres factarum, et ad maiorem roboris firmitatem propria manu predicti Iohannis dei et apostolice sedis gracia Epi Drivastensis fecerunt scribi, sui que communis sigilli appensione muniri. Actum et scriptum apud Scutarum principale eorum domicilium anno domini Millesimo trecentesimo sexagesimo nono, die vicesimo nono mensis Ianuarii, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et dñi nostri, domini Urbani divina providencia pape Quinti Anno Septimo. Post acta eis visum fuit, et rogaverunt predictos Episcopos Suaciniensem et Drivastensem, et ad eorum rogamina sua pontificalia sigilla presentibus appendi fecerunt.

(L. S.)

(L. S.)

(L. S.)

(Balšići prihvataju katoličku vjeru)

CCCLXII

Priznavanje katoličke vjere i poricanje šizme moćnih gospodara Stratimira, Đorda i Balše, braće župana i gospodara provincije Zete u kraljevstvu Raške, koji kažu da su kraljevskog roda. Iz originala.⁸²

Presvetom i ocu i gospodu Hristu, gospodaru Urbanu, presvete i sveopšte crkve najvišem pontifiku, braća Stratimir, Đorde i Balša, župani Zete, klanjamo se i ljubimo ruke blaženima. Od vaše Svetosti, preko poštovanog Petra, smjernog episkopa Svača, primili smo pisma, kao što je trebalo, pravednim vašim pečatom spolja zapečaćena, očitavanjem pravovjerne vjere, sa izrazima savezništva i zajedništva.

Urban episkop sluga Božjih slugu. Plemenitim muževima braći Stratimiru, Đordu i Balši, županima Zete, hvala u sadašnjosti i slava u budućnosti. Naš duh hvali gospoda koji se, kako smo, po kazivanju našeg poštovanog brata Petra, episkopa Svača, saznali za vašu visost da imate namjeru da dođete kod nas, milostivo udostojio vama dati na znanje da vašim i vama pokornim dušama, otcijepljenim i u tmini grijehova i sjeni vječne smrti, u kojima ste do sada prebivali, namjeravamo da mudro savjetujemo i da vas upoznamo sa svjetlošću istine, i da vas privedemo poslušnosti i ljubavi prema presvetoj Rimskoj crkvi, majci i učiteljici svih vjernika; s poštovanjem i iskrena srca da pridete i tu zauvijek ostanete, a od mene, koji sam nezaslužni Hristov namjesnik, treba da budete poučeni da idete putem Božjih rukopoloženika. Dakle, od ovih hvale vrijednih Božjih prvaka, koji kod vas u svojoj milosti dolaze, ako postoji čista namjera u vašem umu i ne nadolaze sumnje, željenu zahvalnost činimo i vas najtoplije preporučujemo ako nastojite da se odano pokoravate nalogima pomenute crkve; postaćete njeni duhovni sinovi i bićete u njenoj naklonosti. A, pak, da bi dobili pomirenje i zadobili dobrohotnost i naklonost Apostolske stolice, od crkava i crkvenih osoba i drugih katoličkih pripadnika pomenute Rimske crkve, naročito katorske župe, za koje već dugo, od vas ili od tebe, Đorde, saznajemo da im se priređuju neprijatne neugodnosti, pobrinite se da to potpuno prestane i da se kod ovih i drugih vaša najpoštenija namjera pokaže; a o tome i o drugom što se o vama radi po pitanju vašeg oprostaja, smatramo da vas je rečeni episkop obavijestio, te njemu, osim ovoga što vama od naše strane nosi, slobodno ukažite nesumnjivo povjerenje. Predato pred Montemflaskonom Balneoregenske dijeceze osme kalende juna (8. juna), šeste godine naše Pontifikata.

Slijedi iskaz priznavanja. Vjerujem u Sveto Trojstvo Oca, Sina i Svetoga Duha, jednog Boga svemogućeg itd. kao gore str. 128 do uvijek slava.

Ja, Stratimir, župan Zete, gore rečenu istinu vjere u potpunosti, kako je rečena i vjerno izložena, priznajem za pravu, svetu i pravovjernu vjeru. Nju prihvatam i ispovijedam i srcem i dušom, i to istu onu kao što je istinito drži i vjerno poučava i propovijeda presveta Rimka crkva. Ja namjeravam njoj da revnosno služim i u tome uvijek istrajem, da od nje nikada, na bilo koji način ne odustanem, da se udaljim ili s njom razidem, i primat iste presvete Rimske crkve, kao što je sadržano u gornjem redu, pokornost koju istoj crkvi svojom voljom izričem i priznajem, prihvatam i sam od sebe podržavam. Da ću ja sve što je potrebno u vezi vjerske istine i u vezi primata te Rimske crkve i istih priznavanja, prihvatanja, podržavanja i usluživanja, i održavanja istrajnosti (poštovati) zakletvom, svečano obećavam i potvrđujem. Tako mi Bog pomogao i anđeli Božji. A ako nešto suprotno ovome pomislim, povjerujem ili htjednem, samim tim sebe pri-

⁸² Theiner, 261-3.

znajem šizmatikom i anatemisanim i neka potpadnem pod kaznu svetih kanona. A ovo, pak, od mene pisano priznavanje, prihvatanje, iskazivanje, podržavanje, obećanje i zakletva, koje sam svojom voljom učinio, rekao sam i dopustio potpisavši, i stavio sam zajednički pečat nas trojice braće, jer svoj nemam.

Ja, Stratimir, Župan Zete, svaku šizmu poričem sasvim, i gore napisanu istinu vjere u potpunosti, kao što je rečena i vjerno izložena, pravu, svetu, katoličku i pravovjernu vjeru priznajem, nju prihvatom i ispovijedam srcem i dušom, i istu, kao što nju istinito shvata, vjerno poučava i uspostavlja presveta Rimska crkva. Ja ću joj časno služiti, niti ću od nje ikada na bilo koji način, odstupiti, udaljiti se ili s njom razići, obećavam.

Primat iste presvete Rimske crkve, kako je u prethodnom redu sadržano, pokornost istoj crkvi svojom voljom izričem i priznajem, i to kao na prvoj strani...

Ja, Stratimir, Župan sve Zete, kao na početku...

Slično priznavanje, zakletvu i odricanje činimo i mi, Đorđe i Balša, braća pomenutog Stratimira, u prisustvu poštovanih episkopa Petra od Svača i Jovana od Drivasta, i pobožnog brata Petra iz reda Propovjednika i plemenitog Pervozija građanina Ulcinja, koje su pomenuti Stratimir i njegova braća pozvali za svjedoke. Priznanja, zakletve i poricanja koja su pomenuta braća namjeravala da učine, i da bi se to učvrstilo, prethodno su pomenutog Jovana, milošću Boga i Apostolske stolice, episkopa drivastskog, pozvali su da potpiše i to su sve potvrdili svojim zajedničkim pečatom. Izvršeno i napisano pred principatom Skadra, i njihovim domom, ljeta gosp. 1369. dana 29. mjeseca januara, za Pontifikata presvetog u Hristu Ocu i Gospodu našem, gospodina Urbana, božanskim Providenjem Petog pape, godine sedme. Pošto su njihova djela videna i upitani rečeni episkopi Svača i Drivasta, pridodali su već postojećim od njih zatražene sveštenečke pečate.